

PRÆFATIO

mentaria intelligas. Alchymistarum autem duo hic sunt genera, quorum alii Elixir, hoc est, materiam querunt, quæ & metallum tingit, alii metallorum quantitatum multiplicationem, quo ea commodè misceant. Scopus tamen ferè esse solet, adulteritiam cedere monctam, quare horum maximam partem Fessæ manu truncatam recuperias.

Cæterum cum aliorum metallorum usus in vita humana longè maximus, tum verò auri & argenti hic præcipuus est, quod pecunia ex illis confecta & mensura est rerum, & commodum permutationis instrumentum. Quemadmodum enim indigentia rei alicujus naturâ pretium ejus insinuat, cum, quo major rei usus est, cuius quis in opâ laborat, eò majori in pretio illam habeat, ita aurum & argentum ex hominum constituto res inctiuntur. Atque olim quidem ante inventum nummum, cum simplex permutatio adhuc obtineret, in rebus rectè permutandis & mensura sive aestimatio spectabatur, & earum deinceps justa comparatio sive adæquatio, ne si alter plus haberet, alter minus, in justitiam committeretur. Digna aestimatio ut fieri possit, ab utroque permutantium tum ad utilitatem rerum, earum penuriam, artis præstantiam, tum copiam & inopiam, raritatem, temporis conditionem, & alia, est attendendum. Qibus omnibus in utraqve rerum commutandarum investigatis, & probè pensatis carum comparatio sive exæquatio fiebat. Cum verò multum sæpe temporis & operæ illi, qui realiqua diu carcere non poterat in rebus iusta estimatione pensandis & inter se conferendis, consumendum esset, magno commerciorum compendio factum est, ut certo auri & argenti ponderi certum valorem & pretium constituerent, ad quod res, quæ quis indigebat, statim exigeretur, & tot nummis redimeretur, quot communiter homines eam aestimarent. Atque hac ratione numerus factus est mensura rerum, & quidem ex constituto. Præterea sæpe evenit, ut res, quæ quis commodè ob usum necessarium carcere non poterat, nulla earum, quam possidebat, beneficio permutationis comparari posset, quod alter iis rebus, quas ille pro re alia offerebat,

non